

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Dan. Stalii Regulae Philosophicae explicatae & Orationes aliquot

Stahl, Daniel

Jenae, 1662

Regula I. Non quodlibet agit in quodlibet; neque quodlibet patitur a quodlibet: sed actus eorum, que agendi vim habent, recipiuntur in dispoſito.

urn:nbn:de:bsz:31-102400

DISP. V. REG. I. n^o 5

Disputationum Philosophicarum

QUINTA,

continens

REGULAS IV.

pertinentes ad doctrinam

AGENTIS ET PATIENTIS.

RESPONDENTE

publicè

JACOBO CLAUDERO, AL-
TENBURG, MISN.

REGULA I.

*Non quodlibet agit in quodlibet; neque
quodlibet patitur à quôlibet: sed actus eo-
rum, que agendi vim habent, recipiun-
tur in dispositô. Ex I. Phys. t. 43.*

*IV. de Cœlō t. 22. & II. de a-
nimâ t. 24.*

I.

Non quodlibet habet vim agendi aut
producendi quodlibet, ut frigori non
convenit vis efficiendi caloris, nisi ex
accidente. Non succinum, neque qui-
libet lapis, sed solus magnes pollet virtute tra-
ducendi ad se ferrum. Non magnes, neque
quodlibet aliud, sed succinum paleas ad se alli-
cere valet. Literas docere non valet, nisi qui eas

HH 3 didi-

Diss.

didicit. Non etiam quodlibet quemlibet actum suscipit; & quamvis aliquid præstō sit, quod agat, aut agere paratum sit, non tamen quodlibet ab eō patitur, aut *ένεγκειαν* ejus recipit, sed id tantum, quod ad eam suscipiendam dispositum est, & quò magis vel minus dispositum est eō magis vel minus, citius aut tardius recipit, neque ex eō, quod agens tantum agit, patientem patitur aut recipit. Ita ferrum, & non aliud quidquam, idoneum est trahi à magno te, paleæ à succinō. Hominis annum viguum quartum egressi magnitudo cessat auge ri. Quæritur, quæ causa sit? Ad animam certanquam agens primarium, referri nequit, illa per se non fiat imbecillior, secundum illud.

I. de anim. t. 65. εἰ λάθοι ὁ πρεσβύτης ὅμας οὐδί, βλέποι αὐτὸν τοῦ νέον; Si senex aperret oculum juvenis, videret ut juvenis. Neque calorem, tanquam agens secundarium: quis in juventute validissimus sit, neque min sufficiens ad efficiendum corporis incrementum, quam in puerō. Et sunt hæ causæ effentes naturales, quæ quantum in se semper agunt.

II. Imputant igitur hoc subjecto, quod tum temporis non amplius ad extensionem, quā ratio accretionis consistit, sit dispositum. Ratio, scribit Zabarella *de accret.* Et nūratur corpus juvenis non possit amplius aug-

III

III. Di-

fom. c. II

rationes,

jeti & in-

futura pi-

rent som-

quam in

quoque

occupar-

tis sint in-

et quia præcipua pars, quæ augeri dicitur, & ad cuius incrementum crescit totum viventis corpus secundum omnes dimensiones, sunt ipsa ossa: quum igitur omne vivens in principio sui generationis sit valde humidum, & molle, & domabile, ossa quoque revera sunt, & ad extensionem idonea; atque autem procedente necesse est, ut per actionem caloris naturalis omnes partes corporis magis semper exsiccentur & indurescant: ex continua enim humidi resolutione a calore omnes partes duriores & solidiores redduntur; quod ipsa experientia docet; humidiorum enim & molliorium experimur vituli carnem, quam bovis, & bovis juvenis, quam bovis senis, & ossa quoque duriora in bove, quam in vitulõ: quoniam itaque accretio per extensionem fit, necesse est, ut tunc cesseret, quando ossa ad tantam duritatem pervenerunt, ut extendi amplius nequeant.

III. Disputat Philosophus in Lib. de divin. per somn. c. II. nulla a Deo immitti somnia. Inter rationes, quas affert, haec est, quod homines abiecti & infirmæ sortis somnia habeant, quibus futura prævideant. Si autem a Deo provenient somnia, magis contingerent sapientibus, quam indoctis & plebeii. Quod confirmant quoque nonnulli eti, cujus explicatione jam occupamur, propositione, quod actiones agentis sine in passo bene disposito, vel recipientur

118 PARTIS SECUNDE

potius in eō, quod melius dispositum, quam
in illō, quod minus. Sapientum autem ani-
mos accommodatores esse ad suscipiendas fu-
turorum prædictiones per somnia, quis neg-
verit?

IV. E diverso ex eodem principio argumen-
tum Aristotelis potius videtur everti, & prob-
ri, si quæ à Deo rerum eventurarum imagine
dormientibus objiciantur, eas indoctis potius
& imperitis esse infundendas. Videntur pri-
illi magis ad eas apti, quam sapientes; que-
ntorum mentes continuis speculationibus ag-
tatae, minus capaces sint eorum, quæ cœli
infunduntur: contrà, animi illorum vacui
contemplationibus non ita obsistunt forim-
eūs accendentibus somniorum motibus.

V. Nos arbitramur, in iis, quæ potentia Dei
absoluta efficiuntur, non esse curiosius inquiri-
endum in subjecti habilitatem, quum Dei
tam facile sit in vel ex minus disposita reali-
quid producere, quam ex magis idonea: quem
admodum succus à vite è terrâ attractus & elab-
oratus, ad generationem vini aptior est, quia
aqua è fonte aut fluviō in hydrias infusa
momento temporis tamen, nullò prorsus negotiō, illam Christus in vinum convertebat.
Et videri poterant viri honorati, & sapien-
tia humana conspicui, aptiores ad regnum
Christi & muneris Apostolici functionem:

delegit Deum
imbecilli-
dum non
ptiorum
& volunt
VI. A
adductum
omnius G
teles id lo-
satis suō f
erōzis.
tur vel or-
bus, & ve-
conveni-
indoctis,
Confirm-
tione sub-
hibita ab

VII. A
Solevel i
idque no-
que oper-
tium nat

VIII. A
agentis s
prehend
facere,
terceden
ceram v

situm, quæ
autem ana-
scipienda fu-
ia, quis nega-
piò argumen-
erti, & prob-
rum imagine
adoctis poti-
dentur pio-
ientes; que-
rationibus ag-
i, quæ coeli-
lorum vacan-
stunt formis
otibus.
e potentia De-
cariosus inqu-
, quim De-
isposita rea-
doneatque
tractus & ele-
tior est, quia
rias infus-
lo prorsus ne-
onvertebat
i., & sapio-
s ad regnum
ationem: sa-
debet

delegit Deus, quæ stulta erant in mundo, quæ
imbecillia, quæ ignobilia, *I. Cor. I.* quemadmo-
dum non mintis fabrum, quam Magos & Egy-
ptiorum Babyloniorumque Reges de futuris
& voluntate suâ secundum quietem instruxit.

VI. Argumentum tamen Aristotelis §. III,
adductum, defendit Celsus Mancinius *lib. de
somniis & synesi per somn.* c. XX. quod Aristote-
les id loci dialectice disputeret, eaque de causâ
satís suô fungatur officiò, si rationibus utarur
ενδοξοις. Cùm autem ενδοξα sint, quæ viden-
tur vel omnibus, vel pluribus, vel sapientiori-
bus, & verò multi, censeant sapientibus magis
convenire divinationem per somnum, quam
in doctis, non potest non inter ενδοξα id referri.
Confirmatio autem hujus argumenti à disposi-
tione subjecti codem §. III, annexa non est ad-
hibita ab ipso Aristotele.

VII. Ad illustrationem Regulæ facit, quod
Sole vel igne cera liqueficit, lutum induratur,
idque non propter diversam eorum in utrum-
que operationem, sed propter diversam patien-
tium naturam & conditionem.

VIII. Cæterum fit, ut duplex actio alicujus
agentis sit, prima & secunda: imò & tercia de-
prehendi potest. Actio prima calidi est cale-
facere, nullâ priori actione interveniente; in-
tercedente autem calefactione liquefacit, ut
ceram vel butyrum; vel indurat, ut lutum, quæ

HH 5 actio-

actiones eādem de causâ recte dicuntur secundæ vel mediatae. Solis prima & immediata actio est illuminare: per illuminationem, aut potius refractionem luminis calefacit, quae secunda ejus actio: ubi & tertia se prodit, liquere facere nimirum & indurare.

IX. Attulimus autem hanc distinctionem propterèa, quod ex modō dictis evidens sit, contingere, ut omnia vel plurima subjecta æquè simili conformata ad primam vel secundam etiam actionem; quantum ad pōsteriorem vero vel sequentem, sit discriminē, ita ut unum ad unum alterum ad contrariam actionem sit idoneum. Ita tām cera, quam lutum & illuminatur & lefist à Sole & flammā: hoc autem durescit, liquefecit.

REGULA II.

Quod recipitur, recipitur per modum recipientis.

I. Usitata apud Auctores est propositio. Involverunt probare nonnulli, omnem formam informantem materiam, esse quantam & extensam; non quidem per se, sed per accidentem. Argumentabant enim ita:

Quicquid recipitur in materiā quantā, illud est quantum.

Sed omni teriā Ergo est Major pro per modum in quanto, datur. II. Non art. II. qu quantitate eam removita: Quod plientis, sive ram recipiatur, quan*recepti, h. do* vero id cipientis, dum recipi ad naturam cū omnibant, nul materiā, fici quantat. III. S tat: & pri tō aut co non habe in quante